culo tā insigni de suscitatiōne lazari mortui quāriduani et ferentis: collegari p̄tōtices cōcilium t̄ dicebat. Quid facimus q̄ hic homo multa signa facit. Si dimittimus eū sic: oēs credēt in eum: et veniet romani et tollent locum nr̄i et gentem. Finaliter per caypham pontificem anni illi⁹ fuit conclusum cōcilium: di. Expedit vobis vt vñ homo moriat p̄ populo: ne tota gens pereat. et lequit. Ab illo die cogitauerūt vt interficerēt eū. Itud conciliū iam ab antiq̄ sp̄ib⁹ p̄phete puiderūt et reprobauerūt. vñ Jacob patriarcha vt scribis Gen. xl ix. vñ dī sic. Symeoñ et leui fratres vasa iniq̄tatis bellaria. et osiliū eoz nō veniat aia mea: et in ceterū illoz nō sit gloria mea: q̄ in furore suo occiderunt virū. Lōstat sūm litterā p̄ de genere et tribu symeon fuerunt pharisei de tribu leui sacerdotis: qui celebauerūt dictū concilium p̄ xp̄m: dicitur. Collegerūt pontifices et pharisei concilium: sedq̄ in tex. Jacob reprobadō istud p̄ciliū. In consiliū (inq̄t) eoruū non veniat aia mea. s. consentiendo: quia scriptū est p̄ ps. Beatus vñ qui nō abiit in cōcilio impior̄. et alibi. sc̄ ps. xv. Non sedi cū cōcilio vanitatis: et cū iniqua ḡrentibus non introibo. Moraliter loquēdo honorabiles domini multi modernis tēporib⁹ et p̄tōfices et p̄sidentes et repūblicam sp̄aalem et tpaalem regētes: et pharisei et religiosi et litterati clerici colligūt concilium p̄ xp̄m: et null⁹ pro xp̄o. Oēs infideles et heretici colligūt cōciliū p̄ caput xp̄i: quia in republica isti sunt caput loco r̄pi. Alij p̄ reipublice ministros. et isti contra manus r̄pi. Alij p̄tra hoīes deuotost contemplatiōs. et isti p̄ lotus xp̄i. Alij p̄ pauperes et simplices imponēdo eis iniustas exactiones. et isti p̄ totū corpus xp̄i: quia in uno regno ciuitate vel cōmunitate representant totū corp⁹ xp̄i mysticum. Et q̄ malū sit istud cōciliū p̄ xp̄m sive literaliter sive moraliter loquendo de xp̄o reddit iacob causam dices. in tex. allegato: q̄ isti. s. pontifices et pharisei in furore suo occidūt virū. i. p̄m: qui statim in primo instanti sue cōceptionis fuit vir compleetus et perfectus. Jō dicit. Vierem. in xxi. ca. Nouū creauit dñs super terram. femina circūdabit virū. Vonorabiles dñi dicit salomon Prover. xi. ca. Non est laspientia; nō est prudētia; nō est cōsiliū con-

pharisei & Ioh.  
Symeoñ

quare in tūca dñi in passione

bond sermo. p̄sica

## Dñica in passione.

tra dñm: ideo xp̄s volens ostendere pontificibus et phariseis s̄m prophetiam iacob/ eoz p̄cili fore iniquā et maliciosus. proponit eis thema propositū interrogā dō:di. Quis ex vobis arguet me de p̄ctō? quasi velit dicere: t̄ est thematis declaratio: et introductio: Mors est vobis naturalis. vt illi de qua dictū est ade Gene.ii. In quacunq; die comederis ex eo: morte morieris. T̄t̄ ex causis: vt illa de qua. iiiij. Reg. s. q̄ ochoz cecidit p̄ cancellis cencnuli sui et mortuus est. Et cunctum. x. de quadam iuvene qui dormiendo cecidit per fenestram et mortuus est. Vel est iudicialis que datur in pena malefactoribus vñ ponit Augustinus. xxi. de ciuitate dei. cap. xi. Octo genera penarum in legibus scribit Lullius. damnū: vincula: verberationem: ignominia: exilio: morte: servitute. Quodlibet istorū genus est propter pētū: q̄r ad Ro.v. scribit. Per vñ hominem peccatum in hunc mundū intravit: et p̄ peccatum mors. ē igitur inq̄t xp̄s. vos p̄ curetis mihi mortem in tertia specie. scilz iudiciale: que malefactoibz datur: quam vos iam firmasti in vestro concilio: deliberatione: op̄s igitur q̄ assignatis in me causam talis mortis. sc̄ p̄tū: ideo peto a vobis per thema interrogā: Quis ex vobis t̄. Et līc̄ versū sit q̄ isti de isto malo concilio et p̄auo xp̄m iesum arguat generaliter de p̄ctō: quis dicunt et affirmat Johān.ca.ii. Nos scimus quia hic homo peccator est. Tamen ex tertiu sacre scripturæ Sapienti. ii. reperire possumus q̄ spezialiter christū falso diffamant de ser peccatis: a quibus est totaliter innocens et sine culpa. Textus in psona istorū confititū dicit sic. Circuiuentiam iustū: qm̄ in utilis est nobis: et contrarius est operibz nostris: impropriet nobis peccata legis: et diffamat in nos p̄tā discipline noſtre. Promittit ſe ſcientiā dei habere: et filium dei ſe nominat. Factus est nobis i traductionē cogitationū nostrarum. Grauis eſ nobis etiā ad vidēndū: qm̄ diſsimilis eſ alioſ vita illi: et inutile ſunt vie eis. Tāqz nugaces estimati ſumne ab illo: et abſtinet ſe a vijs nostris tanq̄ ab immundicia et prefert nouissima iuſtoꝝ et gloriſ pa- trem ſe habere dñm. Et concludunt ex his in ſuo concilio: di. Morte turpissima condenamus eum. In iſto textu notat q̄ in-

dei maiores. scilz pontifices pharisei ar- guunt xp̄m de ſex peccatis in ſpeciali et falſe. t̄ ſunt iſta.

Primum de infructuosa occupatione. Scđm de rivoſa contentione.

Terrium de improperiosa diſfamatione. Quartū de odioſa comparatione.

Quintū de vita partiali et singulari.

Sextum de blaſphemia in deum.

Quinto iudei maiores pontifices et pharisei arguant xp̄m in ſpeciali de peccato infructuosa operationis. et hoc tangunt in tertiu ſupradicto quādo dicūt. Inutilis eſt nobis. quasi q̄ dicat et formet tale ar- gumētum. Arbor infructifera debet euelsi et ſecuri excidi t̄ in ignem proci. vñ ipsi ſermet ielus dixit Adar. in. t. vii. t. Luc. in Omnis arbor que non facit fructū bonū: excidetur et in ignem mittet. Item leges ſtatū q̄ ociosi et infructuosi in republi- ca non admittant: immo expellant. Iste ielus eſt infructuosus et ociosus: q̄ inuti- lis eſt nobis: igis debet a nobis expelli et excidi: t̄ morte condemnari. igitur morte turpissima t̄. Sed videte quomodo iſt̄ argumentū contra xp̄m eſt maliciouſum et piauim: immo et falsum aſſumit: q̄ ſuppo- ſto etiam q̄ ille ter. t̄ demōſtratio fit vñ ſc̄ inutilis eſt nobis. peto ab eis ſi inuti- lis eſt vobis cuius culpa? Simile argumen- tum p̄t fieri per vespertilioſes contra lucem quā odiunt et fugiunt propter de- bilitatem viſus. Sed cuius culpa? Certe nō lumenis: ſed ſui viſus debilis. Item ſi mīle argumentū potest fieri per claude- tenefenſtas cōtra ſolem: et dicēt inuti- lis eſt nobis. et cuius culpa? Certe illius qui claudit fenestram ne ſol ingrediatur ad eū. Item ſimile argumentū potest fieri per cecos cōtra colorē: qui male iudicat de coloribz: t̄ dicere. inutilis eſt nobis ſed cuius culpa? certe non coloris: ſed ce- citatis. Item ſimile per ſerpentes contra vineas florentes: quoꝝ odozem ſuſtine- re nō poſſunt. Certe non culpa vinee. Itē ſimile argumentū poſſunt facere phreneti- ci contra medicos: quoꝝ pſilio non ſubj- ciuntur: immo percutiunt medicū: et ſibi maledicunt: et medicinā p̄ciunt: ſed non eſt culpa medicorū: ſed phreneticorū.

A ſimili iudei maiores pontifices et pha- risei erant vespertilioſes: xp̄us lux. Item claudabant fenestras ſoſti ſuorū: quiſ

judicant p̄m d. 6. p̄t̄ ſalſe.

christus erat sol. Erant serpentes: quae acuerunt linguis suas ptra christū, sicut serpētes venenū aspidum sub labiis eoz. in ps̄ cxix. Christus erat odor flos capi: t̄ līlin conualitū. Cant. iij. Iste erat ceci, nam excepavit eos per inuidiam malicie eorum. Gāp. iiij. Christus erat color optimus, sed vi habet Thren. iiiij. mutatus est color optimus. Iste erat phreneticus ppter odius quod ceperant contra xp̄m. Erant alienati via dei: sicut phreneticus alienati sunt in mente. Ephe. iiii. Christus erat medicus unde de se dicit Matth. ix. Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus. Si igitur cū veritate dicāt, inutilis est nobis: non est ex culpa xp̄i: sed ipso; ū. Item absolute xp̄us non fuit inutilis: quia fuit lux mundi. Yobā. viij. t̄ eiusdē. s. Erat lux vera que illuminat omnē hominē viventē. Item, non fuit infructuosus: quia fuit arbor vite. Apoc. xxiij. que pdnit fructum vite, sc̄i duodecim aplos: de quo fructu et predicatione t̄ vita sancta comedit et pascitur totū mundus: et est cōmēsus ad deum: ideo nō fuit christus infructuosus.

Secundo iudei maiores potētes t̄ pharisei in isto concilio arguunt contra christū in speciali brigose cōtentio[n]is, et tangunt istud argumentū in illo verbo textus Contrarius est operib[us] nostris, et formāt argumentū sic. Boni finis cōmunitatis est Pax: quā naturaliter oēs diligunt, qui ḡ pturbat pacē: pturbat totū bonū cōitatis: et est crīa per mortē de cōmunitate expellendus: sed iste iesus est perturbator pacis: quia contrarius est operibus nostris: igit̄ morte turpisima condēnemus eum. Sed videte maliciosum ac prauum argumentū, istud argumentum sit cōmūniter in qualib[us] cōmunitate per oēs malos contra bonos. Sit etiam p̄ malos subditos contra bonos prelatos. Malī operantur mala via et peccata: t̄ in illis se vniendo t̄ coartando faciunt pacē. Curiosi inter se diligunt se: t̄ faciunt pacē. adulter cum adultera faciunt pacem: de qua pace dicit ps̄. lxxij. Zelai super ini[er] quos pacem peccatorū videns. Boni operantur bona et virtuosa et contraria peccatoribus. Venient peccatores et mali servi de bono domino, et mali subditi de bo-

no prelato: et dicunt, iste contrarius est operibus nostris: ergo est perturbator pacis. A simili christus contrarius fuit operibus istorum: quia erant opera eorū mala. Iohann. iiiij. Nam ex hoc non sequitur p̄ fieri perturbator pacis: immo: quia fū dicit Cassiodorus: Pax vera est litigare cum peccatoribus: et concordare cum bonis moribus. Iste qui erant in isto p[ro]lio: habebant mores pessimos: non ergo christus debuit eis complacere: si displicere, nam vt dicit Boetij de consolatiōne lib. i. prosa. iiii. nam philosophie p[ro]positū semper fuit pessimis displicere.

Terzio iudei maiores pontifices t̄ pharisei arguunt contra christum in speciali de peccato improporeto dissimulationis: et tangunt istud argumentum in textu ybi dicitur. Improporet nobis peccata legi et diffamat in nos peccata discipline nostra. Pro quo sciendū q̄ christus committit in crepat iudeos dupliciter. Primum de mala vita: quia non implebant precepta moysi, non faciebant opera ad que te nebantur fini legem. Ista responsio patet Johān. vij. ybi dicit christus. Nonne moyses dedit vobis legem? et nemo ex vobis facit legem. Item secundo reprehēdit iudeos de mala et enormi doctrina sup precepto de veneratione parentum: di. Votū parrem tuum et matrem tuam. Ipse fecerunt quādam traductionem alia traditionem et glosam erroneam. scilicet q̄ si patet vel mater sint in necessitate: illud q̄ sibi debet dari per filium in subsidium: si detur deo vel templo: magis prodest parentibus: q̄ si darentur eis. Istan glosam erroneam eorum reprehendit christus Matthēi. xv, eis dicens. Irritum fecisti mandatum dei propter traditiones vras. Tunc isti formant cōtra christum sic. Iste diffamat nos et in vita et in doctrina: et improporet nobis malam vitam t̄ doctrinam et publice dissimulationis. Tales et cōtumeliosi sunt de cōmunitate p̄ mortem expelliēti fū leges: igit̄ morte turpisima condēnemus eū. Sed videte quomodo istud est maliciosum argumentū et falsum. In lege habetur q̄ peccatum publicū publice debet argui. Leviti. xix. capitū. Non oderis fratrem tuum solum in corde tuo; sed publice orgue eum; ne

tradit. Iacobus

pām publico  
publice de arg

# Dñica in passione.

habeas super illo pctm. et. s. Timo. v. Pec-  
cates cora oibus argue; ut ceterum timorem  
habeant. Ad propositum constat q̄ peccata  
istorum quoad malamvitam erant publica;  
ideo publice debebat argui; als fuisse su-  
spicio q̄ fuisse participes in peccatis eoz. nā  
dicit illa regula iuris. Non caret scrupulo  
societatis (als confessionis) occulte; qui  
manifesto facinori dehinc obviare. In de-  
cretis. lxxvij. dist. c. culpā. et dist. lxxvij. c.  
error. Item error; qui ponebatur q̄ eos in  
sua doctrina erat publicus; per magistrū  
ergoveritatis; quē ipsi professi sunt. Mat  
thei. xxi. Ab agister scimus q̄ verax es; et  
viā dei in veritate doces. publice debebat  
improbari; et sibi resisti. q̄r ut habeat in de-  
cretis dist. lxxvij. c. error. Error cui non re-  
sistitur; approbatur; et veritas que min-  
ime defensatur; oprobritur. negligere q̄p;  
pe cum possis perturbare peruersos; nihil  
aliud ē q̄ fouere. neq̄ careat scrupulo lo-  
cieratis occulte tē.

Quarto iudei maiores pontifices t̄ pha-  
ris ei arguit̄ otr̄ xp̄m in speciali in isto co-  
cilio de peccato odiose cōparationis. tan-  
gunt̄ istud argumentū in ter. vbi dī. Pre-  
fert nouissima iustoz. Pro cuius argumen-  
ti evidētia notandū q̄ r̄ps reprehēdēs in  
deos propter eoz pctā t̄ virtutē; dirit eis q̄  
iusti q̄ essent in t̄pe nouissimo; et post eos  
in merito et in vita preferretur eis; licet ip-  
si essent priores; t̄lli posteriores. immo q̄  
essent iudices eoz in ultimo iudicio; t̄ eis  
dedit duo exempla.

Primum de iniuris. Mat. xij. vbi dixit.  
Viri niniuite t̄c. vñq̄ Zone.

Sēcundū exemplū de regina saba de qua ibi  
dē dixit. Regina austri surget. vñq̄ Sa-  
lomonis.

Modo est ita q̄ tam niniuite q̄ regina sa-  
ba erat gētiles. Q̄ gētiles; qui erat idola-  
tre; et populus sine lege; preferrent in ali-  
quo t̄pe iudeis; istud reputabant ignomi-  
niosum; et hoc asserit morte reum; ppter  
quā causam cōtra xp̄m cōcludebat. Ador-  
te turpissima t̄c. Sed istud argumentū co-  
tra xp̄m fuit valde irrationabile; quia tale  
preeminentiam posteriorū supia priores; t̄  
minosum supra maiores reperiunt̄ in lege.

Esau enim maior fuit iacob; sed de eis scri-  
ptum est Gen. xxi. maior eruerit minor. et  
Malach. i. Jacob dilexit; esau autem odio  
habui. Item manasses maior fuit effrāsīm  
pt̄. Non habebis deos alienos corā me;

minore respectu manasses maioris. dixit  
iacob q̄ iste iunior maior illo eraret semē  
eius cresceret in gentes. i. gētiles. Genes. xliiiij.  
Ex quo textu videtur q̄ iacob pbat  
q̄ gētiles maiores essent iudeis. Et istud  
fuit probatū per moysen Deut. xviiiij. Ad  
uenia qui tecum versatur in terra; ascēdet  
super te eritq̄ sublimior; tu autem desce-  
des et eris inferior. sequit̄. Ipse erit in ca-  
put; et tu eris in cauda. Non ergo aliquid  
dignum more fecit r̄ps in hoc q̄ iustos et  
bonos preposuit ip̄sis malis.

Quinto iudei maiores pōtifices et pha-  
ris ei arguit̄ otr̄ xp̄m in speciali in isto  
cōcilio de vita partiali et magne singula-  
ritatis. Dicit q̄ est amator singularitatis  
istud argumentū tangit̄ in ter. vbi dī. Ab  
stinet se a vijs nostris tanq̄ ab immundis  
cūs. et formant̄ argumentū sic. Iste sepa-  
rat se a nobis tanq̄ a malis et p̄tōribus  
et tanq̄ ab immundis. congregat conuē-  
ticula pauperum homin. legit̄ eis doctrinā  
nouam cōtra antiqua patrum statuta; igi-  
tur a nobis deber euitari extra ecclesiam  
expelli tanq̄ mortis reus; t̄ per cōsequēns  
mortē turpissima t̄c. Nō valer istud argu-  
mentum; quia sic christus faciendo ratio-  
ni euidētia notandū q̄ r̄ps reprehēdēs in  
nabilitate faciebat; et nobis dabat exēm-  
te; quia qui tertigerit picem inquinabitur  
in merito et in vita preferretur eis; licet ip-  
ab ea. et q̄ cōmunicauerit superbo; induet  
superbiam. Ecclesiastici. xij. Ite quia chi-  
stus debebat facere doctrinā nouam et  
legem; prophetatum fuit per Vieremiam

in. c. xxij. vbi sic. Ecce dies veniūt dicit do-  
minus; et feriā domui israel et domui iu-  
dei fedus nouum. non sūm pactum quod  
pegebi cū patribus vestris in die qua ap-  
p̄chēdi manū eorum; vt educerem eos  
de terra egypti. et sequitur de isto federe.  
Dabo legem meam in visceribus eorum; t̄  
in corde eorum scribam eā. Ecce q̄ ista lex  
erat amoris data per christū; quia scripta  
in cordibus; antiquā hō timorū; quia scri-  
pta in tabulis lapideis.

Sexto iudei maiores pontifices t̄ pha-  
ris ei arguit̄ cōtra christum in speciali in  
cōcilio de peccato blasphemie t̄c. et  
tangit̄ istud argumentū in ter. q̄n dicit̄.

Filiū dei se nominat. et fo:māt cōtra xp̄m  
istud argumentū sic. Quicq̄ usurpat sibi  
nomē dignitatis; peccat cōtra primū p̄cē  
habui. Item manasses maior fuit effrāsīm  
pt̄. Non habebis deos alienos corā me;

prophetā ḡ lex noua sit amo  
et lex vñq̄ timorū

Etos. xx. immo blasphemus est qui apparet honore diuinis fibi exhiberi. s. latrare pontifices et pharisei in supradicto filio sed talis estreus mortis finem legem: quia scriptum est Zeuitici. xxiiij. Homo q̄ male perat. sciebat xpm esse verū messiam: et dixerit deo suo: portabit p̄ctm suū. et qui blasphemauerit nomē dei: morte moriat. Eum igitur iste iesus sit talis: quia filium dei se nominat: morte turpissima re. Sed istud argumentū p̄ xpm prauū et iniquū est. nā q̄ iesus dixerit se filiu dei: nō fuit blasphemie: sed veritatis. Hoc p̄baſ per testes fide dignos. s. per nicodemū iudeū magnū legidoctorē: qui videt q̄ iesus cecos illuminabat: et mortuos suscitabat: et alia opa diuinitatis faciebat: dicit Jo. iii. Nemo potest hec signa facere: que tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Item p̄baſ hoc per centurionē gentilē: qui xp̄o mortuo: viso terremotu et his que fiebat: ista veritatē cōfessus est dices. Vere filius dei erat iste. Mat. xvii. t. Marci. xv. Item p̄ eosmet: qui scientes scripturas legis et p̄phetarū: ex quibus expreſſe habebant q̄ ielus erat verus messias: et verē deus verus homo. nam Hierem. ca. xxiiij. t. xxvij. dixit de messia. Et hoc est nomen qđ vocabunt eū. dñs iustus noster. vbi littera hebraica ponit tetragramaton: qđ est nōme diuinitatis p̄p̄nsum. t. Isa. ix. Vocabitur nōmen eius admirabilis. deus fortis. Eo igitur istas scripturas isti pontifices et pharisei nō ignorarent: sequit q̄ ex eis potenter scire: et cōcludere xpm esse verū messiam: verum hominē: et verum deum. Sed potest hic ad propositum queri. si hec sciuerint et cognoverunt: quare igit̄ in eius morte cōspicauerunt: t. eum crucifixerūt. Rūſio doctor et specialiter beatus Thom. i. s. ii. q. lxxvij. art. ii. Ut rō p̄t superari a passione p̄ sua p̄sciētiā. vbi dicit̄ in sol. ad. iii. ar. q̄ fin p̄bm in. iii. Ethī. syllogismus incontinentis h̄z quattuor p̄positiones. duas vniuersales. vnam rationis. sc̄z nullam fornicationē esse committendam: aliam passionis. s. delectario nē carnale esse sectandā. Queliber istarū vniuersalū p̄ sua particularē. vñ sicut ipse deberet cōcludere sub p̄positō vniuersali rōni: q̄ est nullā fornicationē esse cōmittendā sua particulari sub ea cōtēta. sc̄z q̄ ista fornicatio nō est cōmittēda. vñ citur a passione et ligat̄ in eo rō: et conclusit̄ sub particulari passionis. les q̄ ista for

7nt̄ ſu. p̄ ad.

nicatio est cōmittenda. Ad p̄positū iudei contra xpm fuerūt incontinentes et int̄erperati. sciebant xpm esse verū messiam: et verū deū: et debebant cōcludere. igif non est interficiēdus: ex ista vniuersali: null⁹ hō qui sit verus deū et verus messias est interficiēdus. Sed habuerūt passionem ire rancoris et inuidie p̄ xpm: et formata est in eis ex ista passione hec vniuersalis. ois odiosus diffamator: perturbator: p̄cis. t. blasphemator est interficiēdus. et cū xpm crederent esse talē: iō victi a p̄fōne cōcludunt h̄ eum sub vniuersali p̄fōnis et nō rationis. s. q̄ ipse erat interficiēdus. t. sic sicut incōtinētes t. a passiōne victi procurauerūt mortē eius. Patet igit̄ q̄ iudei pontifices t. pharisei in consilio suo prauū t. pessimo: qđ hodie celebant p̄ xpm: arguunt p̄ eū de sex peccat̄ prenominaſtis: a q̄bus iesus salvator: nr̄ est purus et immunis et innocēs. quapropter in euadō cōtra istos: et suū prauū consiliū dissipando. qđ dñs dissipat consilia gentiū: reprobat cogitationes populi: et reprobat consilia principū. vt p̄s. xxiij. dicit eis thema propositū. Quis ex vobis arguet me de p̄ctō. Et p̄ concordātia t. fauore xp̄i dicit Job p̄tra pontifices t. phariseos. Quis arguet coram eo vias eius. Job. xxj. Sed ecc honorabiles doſmini loquēdo alqua de materia moralis: quid nos faciem̄: quia prefatū thema cū xp̄o dicere non possumus. nā dicit sapiēs p̄rouer. xx. Quis p̄t dicere: mundum est cor meū: purus lūz a peccato. quasi dicat nullus. ideo dicit Johā. s. Job. ii. Si direrimus q̄ p̄ctm non habemus re. Certe nihil aliud nobis restat: nisi vt quilibet nostrū cū dauid confiteat peccatum suū dicens: Peccauit dño. ii. Regū. xij. Et nō los sufficit ista confessio: sed requiriſ emēda et satisfactio: vt cū eodem dauid i. iii. p̄s. penitentiali dño possit dicere. Misere re mei deus vñ mag. iii. tuā re. Quos nā iniquitatē meā ego cog. t pec. meum h̄ me est semper. Per istud modicū poterimus evadere vñ fore argumentū quod xps faciet p̄tra p̄ctm in die iudicij. Dupli cem em̄ aduentū de xpo legitimus. primus sc̄z in carne: et sc̄m ad iudicij. In quolibet em̄ istorū aduentū facit vñ fortissimū argumentū cōtra peccatum.

quododo Judi. Cognoverunt ē

# Dñica in passione.

In primo fecit argumentū contra petm nisi sermonis: q̄ in secundo aduentu ad ipsum destruendo.

In sedo faciet argumentum ē peccatum mentum contra peccatum ipsum puniendo ipsum puniendo.

**S**ed dico primo q̄ in primo aduentu suo in carnē xp̄s fecit argumentū contra petm quadam regulā logicali que est ista. q̄ si ipsum destruendo. Scdm enī q̄ habetur affirmatio est causa affirmationis: negatio est causa negationis. Faciet argumentum remuneratur preuaricatio: et fine accidit rps ex puris affirmatiuis: dicēdo sic peret petm: et deleret iniquitas. Peccata Elui et dedisti mihi manducare tc. tūm acceptit finē et totalem destructionē. Eritis concluder vnam affirmatiua. Ue in passione xp̄i: quia fuit satisfactoria: nō nite benedicti patris mei tc. Contra dam solum pro peccatis nris: sed etiā totius mudi. s. Job. ii. et Sm q̄ dicit beat⁹ petr⁹ s. Petri. n. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū: vt petis mortui iusticie vinamus. Et notate q̄ in isto argumen- to qd̄ fecit xp̄s in cruce contra petm: destruendo petm: fuerūt tria. Primo misericordia extremitas que subiiciebatur. secundo maior extremitas que predicabatur. tertio conclusio directa. Minori extremitas que subiiciebat doloribus. erat humanitas: que subiiciebat dolorem. Quarto modus et figura. bus. Maior extremitas diuinitas: q̄ pre- dicabat a creaturis et lapidib⁹. Nam xpo cident doloribus et penis inferni. Mas- in cruce existēt: sol obscurat est: et pere- tor extremitas erunt salutis: qui predicas- scisse sunt: et terremotus fact⁹. oia ista p̄di- bunt gloriam et laudem et iusticiam dei. vñ cabant xp̄i diuinitate: vnde Viero. Sol p̄. lvi. Letabitur iustus q̄ videtur vindicari: fugiens: tenebre ingrūtes: sara dirupta: etā. Conclusio erit directa et iusta. q̄ ius velā scismum predictant filiū dei. Item in istum est q̄ salutis: qui fecerunt misam: isto arguēto ē diabolum: qui fuit autor peccati: conclusio directe: q̄ istud recte et directe fuit: vt q̄ false et peditio induxit p̄tm̄per lignū: per idē lignū petm̄ expel- lere et destrueret. Ideo dicim⁹ hodie xpo interfecti iussu quorūdam tyranōꝝ: qui il̄ cit. Domine ne in furore tuo argu. me tēla instrumenta fecerat fabricari. vñ Qui: Et ratio est: quia istud argumentū est tam dius de istis tyranis: qui istos artifices forte: q̄ apud damnatos erit insolubile. Instrumentis pro morte aliorum adiuvē. Scdm enim logicos/argumentū tunc di- tis per ipsa interficerūt: dicit sic. Iustus cik insolubile quando per illud deducitur utrumq̄ fuit: nec est lex equior vlla: q̄ nes homo ad quinq̄ metas. cis artificē arte perire sua. A simili de dia

**P**rima est redargitio: que est prenegatio. ipse adiunxit lignū per qd̄ induxit tū p̄cessio. Ad istā metā deī in isto argumen- peccatum: et interfecit adam et enā cuī to deducet dānatos. nam primo dixerūt rota sua posteritate: directe ergo ē enā co- q̄ iusti in hoc mundo erant miseri. tūc de- cluditur q̄ per idē lignū ipse interficiat: cent contraria: q̄ fuerunt boni et sancti et peccatum destruatur. Sed dixi secundo et ultimo: et hic erit si vñ sunt quos aliquāde habuimus in des-

risum; et in similitudine improperi. Nos insensati tamen.

**S**ecunda meta est falsum; quando homo illud quod dixit esse verum; vi argumenti habet dicere quod est falsum. Ad istam metam vi argumenti deus deducet damnatos; quod in hac vita dixerunt tantum verum quod beatus tuto erat in rebus mundanis; et in diuisiis delitibus et honoribus. Sap. v. Veneremur bonis que sunt in terra. Sed tunc dicent quod hoc est falsus. dicent Sap. v. Quid nobis profuit superbia; aut diuiniarum iactantia quid contulisti nobis?

**T**ertia meta est inopinabile; quando homo concedit illud quod non cadit vel cedere potest sub opinione. Ad istam metam vi argumenti deus deducet damnatos; quod ille ignis et pene eis parate non cedebant sub eorum opinione. Sapientia vero c. de eis dicitur. Videntes turbabuntur timore horribili; et mirabuntur in subitatione insperata salutis.

**Q**uarta meta est nugatio; et est quando homo replicat in vanum illud quod fecit. Ad istam metam vi argumenti sui deducet damnatos, nam videbant quod in vanum fecerunt replicationes; et totum circumvenerunt per res inuidas; quia finaliter non duraverunt; sed oia transferunt. Sap. v. Transierunt oia illa tanquam umbra; et tanquam nuncius precursors.

**Q**uinta et ultima meta est syllogismus; et est quoniam masculi coniunguntur feminis ma domina dolent et monsener dolenta. Ad istam metam vi argumenti sui deducet damnatos, nam in isto mundo ipsi fuerint masculini fortes et impavidi; sed tunc efficietur feminae pauidae. Sap. iii. c. Venient in cogitatione peccatorum suorum tumidi; et traduerent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Ecce fortissimum argumentum et insolubile; quod per illud damnari ad quinq[ue] metas descendunt; et ipsi nullatenus poterunt respondere. Ut evadamus istud argumentum de punitione peccati; non est aliud modus sufficiens; nisi confiteri; conteri et satisfacere; ut remittatur nobis peccatum; ut in numero illo inueniamur; de quibus daudic. ps. xxxi. Beati quorum remisse sunt iniuriae; et quorum tecta sunt peccata tamen Deo gratias.

Dominica in passione.

Sermo. iii. et ybi cito fit indivisiibiliter annexe.

Eritatem dico vobis.



bis: quare non creditis mihi Job. viii. et in euangelio tamen.

Quod veritas in sua presence ne filio dei assimilatur. Absque

enim veritatis precipue gerit imaginem et characterem divinitatis. Augu. iij. de trini. quod

veritas in sua presence per celum et terram inuocatur. Ois terra veritate inuocatur. etiam

celum ipsam benedicit. ij. Esdr. iii. Quia enim per veritatem et sui incorruptionem quae

libertas in suo esse conseruatur. per veritatem enim oia permanent immutata. ideo

frater Jobes de valuis in prosodia dicit. Idecirco ut ille qui viae vitae et veritatem se

noiat. Job. xiiij. ca. Ego sum viae vitas et

vita. det eam nobis in oib[us] habere et defensare: id est veritate in p[ro]pt[er] sermone inten-

dendo loqui et pertractare: et iuxta duas pres-

thematis duas de ipsa contemplatione declarare: et sic sermonem terminare.

Prima tractabit de una singulari virtute valde utili: a multis tamen odio habita: per excellentem proprietatem. ibi. veritatem dico.

Secunda loqueretur quod hec nobilis et generosa virtus cum magna indignatione asperre reprehendit vitia et omnem persueritatem. quia dicit. quare non creditis mihi.

Prima pars.

**D**ico primo principia

litera quod prima contemplatio tractabit de una

virtute tamen. Veritas enim bene placitum natura

litera ab omnibus hominibus amat. Bene enim

etundem veritas dicitur quodammodo boni intellectus: et falsitas malitiae. hinc est quod homo

naturaliter diligit veritatem: et fugit falsitatem. Ad istud propositum Augu. in encyclia

ridion. c. xxiiij. dicit sic. Vis naturalis refusa

tat naturaliter falsitatem: et quantum potest

euinar errorem. unde falli non voluit etiam qui

amat falsitatem. In figurâ huius habetur

Ben. iii. quod quoniam diabolus voluit dicere falsitatem: et deuiri a veritate: forma serpenti

induit. quod dicunt doctores quod verecundus fuissest in natura propria dicere falsitatem.

Et cetera est quod sic vis naturalis diligenter

propter tres mirabiles proprietates: quod lupus

alias virtutes obtinet: et sunt semper ei socii

tom  
bitus natus  
diligunt  
ravibus 329

gnar e habeb  
sunt formae fer

## Dñica in passione.

audax  
formosa  
honora  
audax

Prima est q̄ veritas est audax; nō timida; et inuincibili fortitudine armata.  
Sēcunda est q̄ veritas est elegā et formosa; ac magna pulchritudine dotata.  
Tertia est q̄ veritas est honorata; et gente  
rosa; ac magna nobilitate decorata.  
¶ Dico primo principaliter q̄ prima cau  
sa; propter quam veritas naturaliter dilis  
titur; est qm̄ veritas vbiq̄ inueniatur;  
est audax. Veritas em̄ dñi adeo audax est  
q̄ propter nullā rem mādi in suo esse mu  
tatur ac variatur. veritas em̄ semp̄ in om  
niem sui partē est eadē: ideo Seneca ad lu  
cillū ep̄la. xii. dicit. Veritas em̄ tā audax  
est: q̄ vbiq̄ ipsa inueniatur: nō timet:  
quia forte p̄e oībus rebus haber. ii. Ebd.  
in. bīm aliam quotationē. in. Eſtre. iii. scri  
fatem habet veritas: propter quam cōmu  
bitur q̄ tres iuuenes qui custodiebat cor  
niter adamaf: q̄ est formosa. O dñi est ne  
pus regis dñi: statuerunt inter se q̄ qui  
in mādo tā pulchra res sicut veritas? Ler  
libet eorū diceret coram rege sermonē qui  
te nō. nihil em̄ pulchrius: nihil amabilis;  
precelleret. Finaliter primus dixit aſcri  
q̄ formosa et luminosa veritas. Aug. x. cō  
p̄t. Forte est vinum. Secundus fortior est fessiōnū: et ipſem etiā in ep̄ſola ad Viero  
rex. Tertiis fortiores sunt mulieres: sup  
dicit. Incomparabiliter pulchrior est ver  
ita. autem vicit veritas. Rex autem vicitas Christiano: q̄ helena grecop̄. Lōmus  
magistratibus ac sapientibus voluit q̄ q̄li inter dñi res turp̄es absconditūr et coope  
bet eoz sui dicti redderet causam. Finali  
ritatē ne videantur: nec audent quasi ire  
ter iste qui veritatē dicebat vincere super in publicum: quia iacentes in aliquo non  
oīa: reddens causam: dicit. Vīna iniquū: delectatūr propter sui turpitudinē. De ve  
niis rex: in iisque mulieres: iniquū oīa ritare autem nō sic: quia tā pulchra est ve  
filii homī: et iniqua illoz oīa opera: et nō ritas: que nō querit angulos latebrosos;  
est in ip̄is veritas. Et in sua iniqtatē pe  
nec obscuris obtenebratur in umbribus: nec  
ribūt: et veritas manet et inualebit ēter vult fibifiri perizomata foliō ad turpis  
num: et viuit: et obtinet in secula seculū: tudinis indecentiā contegendam: que flo  
re. Tūc omnis populus approbans sentē ribus pulchritudinis venustatū: que pio  
tiam clamauit et dicit. Magna est veritas dire delectatur in publicum: cū sit sine ma  
et fortio: p̄e oībus. ii. (al. iii.) Ebd. iii. cula sine ruga: et obuiare cui libet q̄si ma  
Zicet enim diuinitas ad ſep̄us persequa  
ter honorificata gloriatur. Herba sunt Jo  
tur: opprimatur: iniurie: periculis expo  
natur: nō tamen vicitur: nec supera  
ta veritate dicatur: q̄ est pulchra nimis et  
tur. Legimus de Iona: q̄ dicebatur filius deora facie. Hester in. c. ii.  
amathi. Amathi idem est q̄ veritas. ita  
q̄ ip̄e dicebatur filius veritatis. Ita  
tem habet veritas: per quā cōmuniter ap  
enim legimus et grādia pericula et aduer  
preciantur: et est q̄ est honorata. Videatis  
stites lūstiniūt et euast. Primo em̄ dum dñi: inter alias res mundi: que honore di  
fuit puer: fuit mortuus: per helisēum resu  
gne sunt: est veritas. dicit em̄ Vierony. in  
ſcrita. Sēcunda factus adulitus missus fuit  
ep̄la ad Rufinū: q̄ preceptum fuit pytha  
in niuuen ad predicationē: et intrans ma  
gore veritatis post deū effe colēdam. Item  
re: tempestate erorta: plectus sorte in ma  
etiā p̄bs in lib. politicorū in rhetorica tra  
re. Tertio deuorat̄ est a cete. Quarto euo  
ctat de ciuilibus et de earum cōſervatio  
mitus in arida. Quinto adustus est tanto  
ne per amicitiā: sed eius determinatio et  
feruore solis: q̄ perciuit anime suept more sententia sua est: q̄ super oīem amicitiā de  
retur. dicit em̄. Melius est mihi mori q̄ vi  
bet honorari veritas. vñ in. s. Ethic. dicit  
vere. Qm̄ia patet Ione. iii. Ecce quo ad duobus existētibus amicis: sc̄m̄ est p̄e

honorare veritatem. Et ratio ad hoc est satis bona: qm si homo tenere magis hono-  
rare amicū q̄ veritatē: homo posset p  
amicō adducere falsa iudicia t falsa testi-  
monia q̄ veritatē: qd ratio naturalis nō  
sustinet: nec permittit. quilibet em̄ homo  
honorat ppter veritatē quā teneret: t p cō-  
sequēs multo magis veritas honorari d.  
Dirit ei plato reprobatō opinionē Socra-  
tis magistrī sui: q̄ op̄ curare magis de  
veritate: q̄ de aliq̄ alio. Christus autē volēs  
nos honorare veritatē: dicit se esse veritatē  
ideo Jobis. xix. 8. Ego in hoc natus sum  
t ad hoc veni in mundū: vt testimonium p̄  
hibeā sitati. Et quātū veritas debeat ho-  
norari: pōt videri ex refutatiōe sui p̄trari  
qd est mendaciū. Unū fūm suam doctorū  
mendaciū in omni casu est resecanđū. nu-  
q̄ em̄ mētiri licitū est: dato q̄ esset venia  
le: nec p̄ qua cūq̄ re mīndū dī q̄s falsoz in  
rare: vt dicit Aug. in lib. de mendacio.  
Et contra mendaciū ex intentione ponit  
q̄ p̄ salutē spūali in scis nō est licitū mē-  
tiri: datoq̄ eius custodes nō permitteret  
ip̄m liberari nisi deceperit ē mendaciū. Ibi  
dē dicit Aug. q̄ abīaā q̄ dixit vroxi sue  
q̄ se diceret lororē suā esse: nō docuit eam  
mētiri. erat em̄ de cognatiōe ppinq̄: t ra-  
les fratres noīabuntur b̄m veritatē. Ideo  
in decretis. xxi. q. ii. ca. ne quis arbitref.  
dicit q̄ veritas q̄q̄ pōt occultari. Si ergo ex  
refutatiōe vniq̄ cōtrari cognoscit  
quantū aliud debeat honorari: t mendaciū  
in omni casu ē resecanđū: vt est decla-  
ratū: ideo sequitur q̄ veritas in omni ca-  
su est honorāda. patet ergo q̄ veritas h̄z  
tertiā proprietatē. C̄s diceret quomo-  
do veritas naturaliter ab oībus adamat  
videtur totū oppositū. q̄ nullus vult eā  
penes se habere: vel defendere. Dicit ma-  
gister Robertus holl: ot q̄ sic se habet ho-  
mines ad veritatē: sicut in diebus dñs cīs  
ad aquā benedictā: quando sacerdos eas  
aspergit: omnes gaudēt t aplaudūt: in-  
clinant capitā: deponit capitā: sed si co-  
piose detur eis in facie: faciem auertit: t  
sustinet nō possunt. Quomodo ergo na-  
turaliter diligitor veritas: immo videtur  
q̄ negligitur t refutatur. Respōdeo q̄ p̄  
naturali veritas diligitor: sed ppter vi-  
tium hominis modernis tēporibus odit  
quod fieri non deberet. dicunt em̄ q̄lī sit  
pulchra: t de per se non possit odiri; atta-

men qui a concipiit malam prolem in pre-  
senti oditur. proles sua est odium. vñ ū-  
rentias. Obsequium amicos: sed veritas  
odīs parit. Et hoc est qd cōiter. t vulgaris-  
ter dī par dire la veritat pierde el lōme la  
amissat. Sed istud est valde irrationabilis  
peiorē enim plēm parit mēdaciū: q̄  
petit: q̄ veritas. Sed dominū dicens ex  
quo veritas in hominib⁹ mundi nō est:  
vbi habitat? vbi est: est ne mortua? nō. q̄  
scriptum est. iij. Esdræ. iiiij. Veritas manet  
t inualescit in eternū: t viuit: t obtinet  
in secula seculorū. Est capta: sicut fūgit  
ouidius de iustitia: non quia talis captio  
habet fieri a fortiori: t scriptū est. iij. Esdræ  
vbi supra. veritas fortior est p̄ omnibus  
Quid ergo est de veritate: fūgit poete q̄  
est dico. dicit em̄ Mercuri⁹ in lib. suo de  
deo dcorū: q̄ veritas adeo fuit exul facta  
q̄ vir erreralis ei⁹ vmbia attingebat in ter-  
ra. Et reperiō considerando status presen-  
tem: q̄ septem genera hominū sibi hoc  
exilium procurant.  
Primo proscrubunt t exulant eam reges  
per tyramiam t corruptionem.  
Secundo confiliari rectores per timoros  
sam adulationem.  
Tertio iudices per cupiditatis t avaricie  
infectionem.  
Quarto exulant eam aduocati per gratio  
sam eloquentiam  
Quinto mali religiosi p̄ grādē inobedientia  
Sexto exulant eam mercatores per auarici-  
am t peruersitatem.  
Septimo mali t peccatores per menda-  
cia t falsitatem.  
Q Dico primo q̄ exulat t relegat veritatē  
reges per tyramiam. Secundū p̄m in politi-  
ca. hec est differentia inter regē t tyrami-  
nū q̄ rex intēdit circa bonū cōe: tyrami-  
na bonū p̄ticularē t p̄priū. Et hoc iurat  
rex in principio sui regimini: dicit t pro-  
mittit. t si veritatē quā p̄mittit vel iurat  
tenet vere opere: ista veritas eū custodit  
t tener in regno. Proverb. xx. Aliā t yes-  
ritis custodiunt regē. Et intantū debet  
ista veritatē erequi: q̄ p̄ bono cōmunita-  
tis morti se deber exponere: si sit necesse. se-  
cut narrat Aug. xviii. de ciuitate dei. c. xix  
t Galerij de quodā rege codro noīe: q̄ cī  
regnū suū ab hostib⁹ debellaret: ad  
oraculū apollinis p̄fugit: t scelitorū q̄  
modo tam graue bellum possit discutere

Xitas ē cō

dira inter reg  
tyrami

B

C



# Dñica in passione.

et pacē suo regno finaliter procurare. Lui  
 liarij et rectores excusant se de veritate dis-  
 respōsum est: q; nullo modo hoc esset: nisi  
 ipse in bello ab hostibus interficeret. Ipse  
 aut regis deponēs insignia: in puma acie  
 mala que fiebant in romā senatorib; fi-  
 hostes aggredit: et in eis vel ab eis inter-  
 ficitur: et par suo regno procuratur. Ita de-  
 bent facere reges: si sit necesse: ut verita-  
 tem quā dixerat ote: cōplete operē. Sed  
 si rex nō curās de bono cōi: solū circa pro-  
 priū et particulae intēdit: tūc a virate de-  
 uiat: veritatē erulat: q; quod ore iraurit:  
 opere non erequit. Isto modo exulauit et  
 p̄scripti veritatē rex saul: quādo regnum  
 suū corrupit p̄ tyrannidē: vt habeat i glo-  
 s. Reg. xiiij. Isto modo multi ali reges: et  
 mudi principes erulat veritatē: de quib; veraciter dici potest illud Esaias.lix. Facta  
 est veritas eis in obliuione.  
 Dico scđo principaliter q̄ erulat verita-  
 tem cōfiliarij et rectores per adulatio-  
 nem timorosam. Isti b̄m Tulliū in lib. de sene-  
 ctute sunt in republica sicut gubernator  
 in nau: cui inest nauē regere. b̄m petras  
 chāzunt in re publica sicut cor in corpore  
 in quo est fons vite. Isti b̄m valerium in  
 roma fuerūt tribus nosbus nominati. di-  
 citi sunt senatorēs a senio: quia senes ad re-  
 gimē eligebantur. Nemo em̄ b̄m philoso-  
 phū in politicis elegit iuuenes duces: q;  
 nō cōstat eos esse sapientes. Dicti sunt pa-  
 tres: q; a cura et zelo. Nonne bene fuit pa-  
 ter ille cuius romanus preclarus paulus emi-  
 lius: qui tm̄ pro re publica zelauit: q; quā-  
 tūcūq; ciuitas esset i p̄ speritate: semp̄ tm̄  
 orabat deos: vt si qd̄ mali ciuitati imine-  
 re deberet: totū vertere super domū suā:  
 males q; populus casum suū ploraret: q;  
 ipse de casu ciuitatis ingemisceret: vt de  
 eo recitat valeriū li. ii. Certe sic isti dicebā-  
 tur. tertio patres p̄scripti: q; a principio  
 sui regiminis eoz nomina litteris aureis  
 scribebātur. Ueritas istōcū consistebat in  
 nimio zelo p̄ republica habēdo: p̄ quo su-  
 finēdo ei⁹ oppōstū coraz regē et principe  
 nō debent tacere: q; sicut sunt deo et veri-  
 tati p̄ditores: nō solū p̄ditores veritati  
 qui mendaciū pro veritate loquitur. sed  
 etiam qui veritatem filerit: quāz tacere nō  
 debet. verba sunt Chrysost. super Mat.  
 Pro tanto de ipso dicebat Esaias in caplo  
 vii. Ele mihi quia tacui. Et ad Iram: q; res-  
 gem osiam delinquentē non correrit. Sz  
 sc̄itio dñi istis tēporib; quomodo consi-  
 liarij et rectores excusant se de veritate dis-  
 cenda: dicūt q; dixit quoddā idōlū de quo  
 narrat Valerius lib. i. q; revelabat omnia  
 malā que fiebant in romā senatorib; fi-  
 naliter per quendam qui cōmisiit homici-  
 diū fuit sibi cōminatum: et cū requirere  
 tur: ab eo quis homicidiū cōmisiit veritas  
 tem non dixit: sed in his verbis senatoris  
 bus respōdit. Tēpora mutatūr: homines  
 deteriorātūr: et qui veritatem loquīt: cas-  
 put sibi frāgitur. Ita excusatio est nulla:  
 quia b̄m Chrysost. vbi. s. tacere veritatē  
 meru mortis impietas est. Et b̄m Grego-  
 rius Melius pro veritate pati supplicium: q;  
 impi tyranidis ferre dominū. Ita feces-  
 runt multi philosophi virtuos. Seneca  
 em̄ nerōnū imperator de suis virtutis eum  
 reprehēdēdo: veritatē dixit: et libros de  
 clemētia ei cōpositū. ppter hoc tū finalis-  
 ter ab eo interfect⁹ fuit. Xerxes p̄bs ad al-  
 monadach regi babylonie crudelissimo  
 et lasciuo: qui patris sui nabuchodonosor  
 corporis in trecetas partes diuinit̄ et vultu  
 ribus ad comedendum dedit: q; veritas  
 eum reprehendendo: sibi dixit: ludū  
 scācorū sibi composuit: malens p̄ iusticiā  
 et veritati vitā finire: q; eam modico tē-  
 pore ducere morib; infamāt. b̄m q; res-  
 citat frater iohānes de cōsolis in lib. suo  
 de moralizatione ludi scācorū. Tales des-  
 bent esse ciuitatis ac regnū rectores et  
 cōfiliarij: qui p̄ quācūq; re mundi corā  
 regib; et principib; veritatē nō debēt  
 differre vel deserere: h̄ semper ipaz defen-  
 sare. Sed quādo cōfiliarij ac rectores p̄  
 republica nō zelant veritatem pro bono  
 reipublice corā rege nō dicūt: leges quas  
 alij imponūt: ipi nō obseruant: sed con-  
 dunt eas: sicut athenienses: de quibus di-  
 cit valerius q; erant similes telis aranea-  
 rum: que aialia parua retinēt: grossa ves-  
 ro retrinere nō possunt: h̄ trāsent. Tūc cer-  
 te a veritate deviant: q; veritatē ppter  
 quā custodiādā in suis officiis sunt pos-  
 ti: nō ponūt in opere: sed eam simpliciter  
 delerunt ac exulant: de quibus veraciter  
 dici potest: q; cōmūtauerunt veritatē dei  
 in mendaciam: et seruerūt potius creatu-  
 re q; creatori. Roma. s.  
 Dico tertio q; veritatem erulat iudices  
 per cupiditatem. Cum enim domini b̄m  
 doctores triplex sit veritas. sc̄z vite/dos-  
 critio dñi istis tēporib; quomodo consi-  
 liarij et rectores excusant se de veritate dis-  
 cenda: dicūt q; dixit quoddā idōlū de quo  
 narrat Valerius lib. i. q; revelabat omnia  
 malā que fiebant in romā senatorib; fi-  
 naliter per quendam qui cōmisiit homici-  
 diū fuit sibi cōminatum: et cū requirere  
 tur: ab eo quis homicidiū cōmisiit veritas  
 tem non dixit: sed in his verbis senatoris  
 bus respōdit. Tēpora mutatūr: homines  
 deteriorātūr: et qui veritatem loquīt: cas-  
 put sibi frāgitur. Ita excusatio est nulla:  
 quia b̄m Chrysost. vbi. s. tacere veritatē  
 meru mortis impietas est. Et b̄m Grego-  
 rius Melius pro veritate pati supplicium: q;  
 impi tyranidis ferre dominū. Ita feces-  
 runt multi philosophi virtuos. Seneca  
 em̄ nerōnū imperator de suis virtutis eum  
 reprehēdēdo: veritatē dixit: et libros de  
 clemētia ei cōpositū. ppter hoc tū finalis-  
 ter ab eo interfect⁹ fuit. Xerxes p̄bs ad al-  
 monadach regi babylonie crudelissimo  
 et lasciuo: qui patris sui nabuchodonosor  
 corporis in trecetas partes diuinit̄ et vultu  
 ribus ad comedendum dedit: q; veritas  
 eum reprehendendo: sibi dixit: ludū  
 scācorū sibi composuit: malens p̄ iusticiā  
 et veritati vitā finire: q; eam modico tē-  
 pore ducere morib; infamāt. b̄m q; res-  
 citat frater iohānes de cōsolis in lib. suo  
 de moralizatione ludi scācorū. Tales des-  
 bent esse ciuitatis ac regnū rectores et  
 cōfiliarij: qui p̄ quācūq; re mundi corā  
 regib; et principib; veritatē nō debēt  
 differre vel deserere: h̄ semper ipaz defen-  
 sare. Sed quādo cōfiliarij ac rectores p̄  
 republica nō zelant veritatem pro bono  
 reipublice corā rege nō dicūt: leges quas  
 alij imponūt: ipi nō obseruant: sed con-  
 dunt eas: sicut athenienses: de quibus di-  
 cit valerius q; erant similes telis aranea-  
 rum: que aialia parua retinēt: grossa ves-  
 ro retrinere nō possunt: h̄ trāsent. Tūc cer-  
 te a veritate deviant: q; veritatē ppter  
 quā custodiādā in suis officiis sunt pos-  
 ti: nō ponūt in opere: sed eam simpliciter  
 delerunt ac exulant: de quibus veraciter  
 dici potest: q; cōmūtauerunt veritatē dei  
 in mendaciam: et seruerūt potius creatu-  
 re q; creatori. Roma. s.  
 JUDIC. - 181

## Sermo. III.

CXCIII

pertinet ad iudices. unde deus volens in q[uo]d in principio sunt parides: q[uo]d paritatem  
sticcare iudices: dicit moysi Exodi. xviii. et veritatē in iudicio seruat: tū ī fine: amo  
prouide de omni plebe viros sapientes et re vel odio prece vel precio iudicium per  
timēres deū: in quibus sit veritas: et qui uertunt: et a veritate deuia: et eam simpli  
oderit auaricia: et cōstitue eris tribunos: citer exulat: de quibus intelligit illud ver  
et ceterōes et quinquagenarios et decanos: bum. Justitia lōge sterit: et coruit in plas  
qui iudicet populū omni tēpore. Et quam teis veritas: et equitas nō potuit ingredi  
tum isti iudices merentur apud deū p[ro]p[ter] ye Esiae. xliv.

ritate seruāda: narrat in quodā sermone I Dico quarto q[uo]d veritatē exulat aduoca  
et exēplo magister Perris de palude. Di[ctio]nē per gratiosam eloquentiam. Quidius  
cit em̄ q[uo]d in vienna in fundamento cuius em̄ finit q[uo]d mundus in se fuit muta  
dam dominus inuenit fuit caput cuiusdā tus et diuersificatus. aliquādo em̄ fuit au  
gentilis: qui obierat: erant septingēti an reus: post argēteus: deinde erens: nūc fer  
ni: habēs labia carnoſa: et pulchre loque[re] reus. Quādo mūndus fuit aure[us]: exulabat  
batur ac si viueret: et adiurat per epilos: veritatē p[ro]p[ter] auro reges magni et principes  
pum p[ro]p[ter] sibi dicere quis erat. Respōdit. p[ro]p[ter] argento mali iudices: cum ferro armis  
gentilis. Et ep̄s cur labia tua more viuen geri et milites: cū ere exulant veritatē ad  
rūm rubent. Respōdit. q[uo]d cū essem iudex uocati. Et quomodo cū ere? Es em̄ ē val  
nūq[ue] ex ore meo falso iudicium pruli. et dñs de sonorosum et timores. Sic ipi cum lū  
vult ut a te baptizer: et in nomine domini g[loria] sonorosa et timore allegat sua iura  
ad celum volem. Baptizat itaq[ue] ab ep̄o si habes bonū ius: facient tibi malū. et fre  
statim in cinerem redactus est. De isto iu[en]tū queritur in aduocationib[us] suis veritatē de  
dice qui sic veritatē seruabat in iudicio serat: et eā simpliciter exulat cū suis subti  
potest dici illud q[uo]d dicebatur malachie. iū litatibus. ita tū q[uo]d dicit seneca q[uo]d nihil mo  
Lex veritatis fuit in ore eius: et iniquitas leſtius virati cū nimia subtilitas. De istis  
nō est inuenta in labiis eius. Et prohdō dicit Berñ. ad Eugeniu[m] papā lib. s. q[uo]d dos  
lor dñi: q[uo]d iudices moderni tēpore: for cuerūt linguis suas loqui mendacū dīz  
te obseruat veritatē in iudicio in principio ferti aduersus iusticiā eruditū p[ro]p[ter] felicitas  
sui iudicij: modicum eis durat: quia in si te. sapientes sunt ut faciat malū: eloquens  
ne vel odio vel amore prece vel pecio iudicij sunt ut impugnēt verū. De his p[ro]p[ter] con  
cium perueritū. a veritate deuiant et eam cordatā dict. p[ro]p[ter] v. Nō est in ore eo: nū ve  
exulat. Narrat poete q[uo]d hecuba vro: p[ro]p[ter] ras: co[rd]atā v[er]a vanum est.

m̄ mi regis troie somniauit q[uo]d filiū pareret: Dicit quinto. q[uo]d exulat veritatē mali reli  
qui totam troiani incēderet. Finaliter de g[loria] p[ro]p[ter] inobedientiā. Audeo dicere dñi: et  
precepto regis natus filius ad quandā f[est]i sunt syba Aug. ad vincen. donatistā. Sic  
liū ducebat ut ibi moreret. Inuenitus autē nō sunt meliores q[uo]d q[uo]d ī monasterijs p[ro]fice  
a pastoriibus et educat ab eis: tandem fas rūtū: ita nō sunt p[er]tores q[uo]d q[uo]d ī monasterijs  
etrus est pastor. Videā autē iste pastor effe defecerūt. Sunt enim mlti mali religiosi in  
ctus q[uo]d taurus sui gregis alium alterius monasterijs: inuidi: rācorosi: p[er]teruit: rebel  
gregis ipm lauro coronabat: et eccl[esi]astico les et inobedientes: q[uo]d h[ab]itatē quā nouerat  
pastores aut hoc vidētes vocauerunt no ore et h[ab] i p[ro]fessio[n]e: nō cōplēt: q[uo]d ē p[er] rebels  
men eius paris: a paritate dicit et index lionē et inobedientiā. q[uo]d oēsdure reprehēdit  
est vniuersaliter institutus. Accidit autē ille vere religiosus paul[us] ad Galath. in  
q[uo]d tres dee contētionē habebant sup quo dicens. O insensati galathe: quis vos fas  
dani pomo aureo: quod debebatur dari scinavit non obediēr[er] veritatē:  
pulchriō: et coram paride iudice conueit. Dicit sexto. q[uo]d exulant veritatē mercas  
nerunt: et mineraū p[ro]misi: sibi sapientias tozes per auariciam tē. Communiter em̄  
Juno diuitias. Venerū pulchriā vrorem. dicit q[uo]d fides et veritas debet esse in me  
Ipsē autē carnali amore vix sententiauit caro:ibus. sed modo b[ea]ti perdidērunt tam  
p[ro]p[ter] venere: aliarū iure relicto. Sic recte fa fidem q[uo]d veritatē propter magnū ana  
ciunt iudices moderni tēporis quātuncā riciam: et ardente[m] cupiditatem: veri

aduocat. Ran  
33  
171

# Dñica in passione.

Item em̄ exulant tā emēdo q̄ vendēdo.  
Comendando res suas vltra valorem; qd  
nō ē licitū, melius em̄ esset ori iponere filie-  
tiū. Dicit q̄ quidā phs disputauit; an li-  
citu sit res in vēditione ultra valoře com-  
mēdare; et primū decipere; et dixit q̄ non.  
Nā lex fuit athemēci. q̄ nūq̄ querēs ple-  
ceretur pena. Modo dicit iste phs; tam  
facit cōtra leges q̄ facit errare viā; q̄ qui  
nō docet. Sic est de mercatoribꝫ; q̄ comē-  
dando mercatias vltra valorem faciūt ho-  
mīne errare viā veritatis quad valořez  
illius rei; et ipam veritatē exulant cū mul-  
tis periculis et falſitatibus; contra quos  
Chryſoſt. in ep̄la dicit. Auri vel diuinitas  
ſiquidē acquirere p̄ bella nefas est; p̄ ma-  
ria periculum; p̄ falſitatem opprobrium;  
per agriculturā vero licitū. Illud vero lu-  
cū honestū est; p̄ qd nullus ledit; iuste ac  
quiritur; et nulli preiudicatur. Aberratores  
vero moderni nō sī faciūt; q̄ p̄ lucra sua  
multū preiudicant; intantū q̄ vbi mari-  
me cōſuevit esse fides et veritas; certe mo-  
do vir inuenietis. Vñ de istis p̄t veracit̄  
intelligi illa oro. p̄. x. Saluū me fac dez  
qm̄ defecit ſetū; qm̄ diminute ſunt veri-  
tates a filiis hominum.

*veritas regni*  
*veritas regni da*  
*mendaciū*

Dixi septimo et vltimo; q̄ erulat̄ verita-  
te oēs mali et pctores p̄ mendaciū et falſi-  
tate. In isto mūdi ſunt duo regna. f. dei et  
diaboli. Idioma regni dei eft vñtas. Idio-  
ma regni diaboli eft mendaciū. Diabolus  
em̄ cōquisiuit totū mundū et hoc p̄ pctriū  
Et ſcritis qd regnū fecit anglie. Narrant  
hiſtoria romanoꝫ q̄ Guſtēl'm' dux nor-  
manie p̄quisiuit et deliberauit quomodo  
linguā ſaronicā et totā terrā in idiome  
ſui regni concordaret; et ordinavit q̄ tota  
illa terra loquereſ idiomā ſui regni. Sic  
facit diabolus cōquisiuit totū mundum  
vbi ſunt iſta duo regna; et voles q̄ totus  
mūdi cōcordaret in idiome; ordinavit  
q̄ toꝫ mūdi loquereſ idiomā regni ſui  
qd eft mendaciū; qd certe obſeruat. Nam  
